32029/2

duo testamenta. Unum quidem in monte
Sina: in servitutem generans, quae est agar.
Sina enim mons est in arabia Lectio III
qui coniunctus est ei quae nunc est iherusalem:
et servit cum filiis suis. Illa autem quae sursum
est iherusalem libera est: quae est mater nostra. Scrip
tum est enim: Letare sterilis quae non paris:
erumpe et clama quae non parturis. quia
multi filii deserte: magis quam eius quae
habet virum. Nos autem fratres ...
... promissionis filii sumus. Sed quomodo
tunc qui secundum spiritum: ita et nunc.

C ... domine ... patris ... nostri ...

... Lectio ... 54

Sabbato in LXX. In vesperis ...
... Benedictus ... Hymnus ...
... Ymnus ...

H ... de ... cunct...

...

Preces populi tui quaesumus domine clementer exaudi: ut qui iuste pro peccatis nostris affligimur, pro tui nominis gloria misericorditer liberemur. ...

... Dominica P ...
... principe ... fac...

... dominum ... invisibile ...
... hora ... Primo dierum.
Alleluia ...
... In I. nocturno ... In III. ...
... Incipit prologus in libro ... pentatevco. Lectio I.

Desiderii mei desideratas accepi epistolas ... quia ... in ... presagio ... cum danielem ... eum ... in ... catus et translatum in latinam linguam de hebreo sermone pentateucum moysi nostrorum auribus traderem. periculosum opus certe ... obtrectatorum ... latratibus patens ... qui ... adsserunt me ... ingenta interpretatione ... uetera ... pro nouis cudere, ... ita ingenium quasi uinum probantes; cum ego sepissime testatus sim me pro ... in tabernaculo dei ... offerre ...

struere quas possum. nec opes aliorum
mea paupertate fedari. Quod ut au-
derem origenis me studium pro-
vocavit quod editioni antique translatio-
nem theodotionis miscuit aste-
risco et obelo. id est stella et veru
opus omne distinguens dum aut il-
lucescere facit que minus ante fue-
rant. aut superflua queque iugu-
lat et confodit. maximeque euan-
gelistarum apostolorum auctoritas. qui
multa de veteri testamento legimus.
que in nostris codicibus non habentur.
ut est illud. Ex egipto vocavi
filium meum. et quoniam nazareus voca-
bitur. et videbunt in quem conpunxe-
runt. et flumina de ventre eius flu-
ent aque vive. et que nec oculus vi-
dit. nec auris audivit. nec in cor
hominis ascendit que preparavit deus di-
ligentibus se. et multa alia que proprium sin-
tagma desiderant. id est desiderant
propriam auctoritatem de quibus libris scrip-
ta sunt hec exempla. Interrogemus ergo
eos ubi hec scripta sint. et cum dicere
non potuerint. de libris hebraicis
proferamus. Primum testimonium est in
osee. secundum in esaia. tertium in zacha-
ria. quartum in proverbiis. quintum eque in
esaia. quod multi ignorantes. apocrypho-
rum deliramenta sectantur. et hiberas nenias
libris autenticis preferunt. Causas erroris
non est meum exponere. Iudei prudenti fac-
tum dicunt esse consilio. ne ptolomeus unius dei
cultor. etiam apud hebreos duplicem di-
vinitatem deprehenderet. quod maxime id-
circo faciebat. quia in platonis dogmate
cadere videbatur. Denique ubicumque sa-
cratum aliquid scriptura testatur de patre et filio
et spiritu sancto. aut aliter interpretati sunt.
aut omnino tacuerunt. ut et regi satisfacerent.
et archanum fidei non vulgarent. Et nescio
quis primus auctor septuaginta cellulas
alexandrie mendatio suo extruxerit. quibus
divisi eadem scriptitarent. cum aristeus eiusdem
ptolomei hyperaspistes. et multo post tempore
iosephus nichil tale retulerint. sed in una
basilica congregatos contulisse scribant
non prophetasse. Aliud est enim vatem. aliud
esse interpretem. Ibi spiritus ventura predicit. hic
eruditio et verborum copia ea que intellegit
transfert. Nisi forte putandus est tullius eco-
nomicum xenofontis. et platonis pro-
tagoram. et demostenis pro ctesifonte.
afflatus rethorico spiritu transtulisse. aut
aliter de isdem libris per septuaginta inter-
pretes. aliter per apostolos spiritus sanctus testimo-
nia texuit. ut quod illi tacuerunt. hi
scriptum esse mentiti sint. Quid igitur. Dampnamus
veteres? Minime. sed post priorum studia

A.H.P. HUESCA

GOBIERNO DE ARAGON